20. may 1646.
Consilium ad primar. Reg. Gall.
medicum

390. A de Eminentissimi [illegible] militibus incomodis 480

21. may 1646.

observationib. dicendum ut

Temperamento sum plissime bilioso, in splendidissimis [illegible] inclinantes, unde scaturris crudior Vaporosis [illegible] affligi solo. Oculis natura patulis et prominentib. quo facilius in quasi myopiam, multa lectione et scriptione ut talis solent, sensim tamen et per exigua incrementa, incidi.

Accesserunt, sensim quoque et inde a 30. quidem annorum intervallo, musci vitia, filamenta, guttulique volitantes, variis nexibus implicatae, et cum oculorum singulis motibus importune agitatae, quasi sordes vides a fundo lagenae cum vino rapido concussae et varie sparsas.

Tandem nunc in oculo dextro punctum album circa medium pupillae fixum apparuit; quo oculus ut prae altero semper affectus fuit. Hac suffusione nunc quoque sic impeditur, ut literas nisi grandiusculas aegre discernat.

Fecit ea res, ut cauterium, olim in cervice applicatum, deinde neglectum, denuo ante annum aperiundum duxerim: Cuius beneficio licet satis magna vi humorum emungatur, fateri cogor fere sine ullo satis perceptibili oculorum levamento.

Quaero, quid commodi porro instituendum sit, quo mali incrementis obviam eatur?

Quaero item, num, post ea quae circa ductum et visceribus ex cerebro scatentis et confirmandis praestari possunt, topice etiam quid adhiberi valeat, cuius vi trans Corneam spirandum sit sordes hasce aliquatenus posse discuti, aut ulterior effluxus earundem intercipi?

A

Aut numquid hic chirurgica suppeditare possit quid medicina frustra tentaverit?